

1. Alberti / Valent: / diff. de
munificentia Divina in
N. T. Lipsie, 1668.
2. Arcularij / Dan: / ~~diff. fustem~~
theses theologice de Quæstio-
nibus a liquot controversis,
Marburgi, 1695.
3. Hunnij / Azid: / proposi-
tiones theologice de eter-
na predestinatione Filio-
rum Dei ad salutem,
francofurti, 1594.



99A 6909

9

De
SACRAMENTIS
in genere:
REPETITIO DO-
CTRINÆ ORTHO-
DOXÆ:
DE QVA DEO VOLEN-
TE, IN CELEBERRIMA VVITE-
bergenſi Academia, publicè diſſu-
tabitur

Ad 19. Nouemb. hora & loco conſuetis :

Præſide
PETRO CALAMINO D.
Respondente
M. ZACHARIA POLO.



VVITEBERGÆ,
Typis Zachariæ Lehmani.
M. D. XCI.

T H E

J A C Q U E S

Opera de Sacramentis in

quibus tractatur de Sacramento

Matrimonii, de Sacramento

Ordinis, de Sacramento

Penitentiae, de Sacramento

Eucharistiae, de Sacramento

Extremae Unctionis, de

Sacramento Viaticum, de

Sacramento Communionis

et de Sacramentis in

generali, de Sacramentis

in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali

et in particulari, de

Sacramentis in generali



T H E S I S.

I.

Doctrina de Sacramentis in genere apprimè necessaria est: tum propter alias partes caelestis sapientiae, quas haec pars pulcerrimo consensu mirifice illustrat & confirmat: tum propter hodiernas controuersias de speciali doctrina, sacri baptismi & cenae dominicae: quae sine generalis doctrinae cognitione rectè dijudicari nequeunt.

2.

Vt autem facilius & certius perspiciamus, quid de Sacramentis in genere statuendum sit: haec immota fundamenta praesupponenda sunt. 1. Iesus Christus Dei & Mariae filius, solus & perfectus est Saluator^a: qui merito & efficacia sua saluat, liberans à peccato & morte, ac restituens iustitiam & vitam eternam^b. 2. Saluat autem & liberat omnes^c & solos eos, qui tam corpore quam anima sua ipsi tum Deo, tum homini uniantur, inseruntur & incorporantur, tanquam membra capiti, & palmites vitis^d. 3. Unimur porrò atq; inserimur Christo per Spiritum Sanctum, qui, cum in Christo & nobis simul habitet, efficit, ut Christus secundum Deitatem suam, quae una atq; eadem est cum patris & Spiritus Sancti deitate, intra nos subsistat, atq; in nobis habitet & operetur: Secundum humanitatem autem suam non quidem intra nos existat, quemadmodum nec nos, nostro corpore & anima nostra, intra ipsius corpus & animam, subsistimus; sed ut per Spiritum Sanctum interuenientem, humanitati Christi,

a. 1. Tim. 2. 5.
Act. 4. 12.

b. 1. Ioh. 1. 7.
1. Cor. 1. 30.
Col. 2. 10.

c. Gen. 12. 18.
Eph. 4. 15.

d. 1. Cor. 6. 15.
1. Ioh. 15. 4.

1. Ioh. 14. 23.
1. Cor. 12. 13.

1. Cor. 5. 17
1. Ioh. 4. 19
Eph. 4. 15.

Christi, tum corpore tum anima nostra, cohereamus, sicuti
viti palmites, & membra capiti, per ligamina & nervos
uniuntur & coherent: etiamsi nec caput in membris, nec
membra in capite: nec vitis intra palmites, nec palmites
intra vitē, sed unumquodq, suo loco sit & maneat. 4. Atq,
hanc & non aliam nostri in Christum insitionem & incor-
porationem scriptura non tantum nomine Christi nomi-
nat^a, Sed etiam huic adeo & nulli alij communioni Chris-
ti ipsius, adscribit ac tribuit participationem beneficiorum
Christi, tum meriti^b tum efficacia^c. 5. Porro Spiritum
Sanctum, per quem totus homo toti Christo, ita ut dictum
est, unitur, atq, tum ipsius Christi tum omnium beneficio-
rum eius^d & efficitur, accipimus per fidem^d. Simul
enim Spiritus Sanctus fidem in nobis operatur: & per fi-
dem se nobis insinuat. 6. Utitur autem Spiritus Sanctus
ordinarie & libere ad fidem in nobis efficiendam, augen-
dam & confirmandam ministerio verbi^e & Sacramentor-
rum^f. 7. Hinc manifestum & certum est, si Sacramentis
neq, nimium neq, parum tribuere, sed tantum quantum
par est, eis adscribere velimus; etiam atq, etiam atten-
dendum, & in omni de Sacramentis cogitatione nunquam
obliuiscendum esse, quod totius ministerij, hoc est, tam ver-
bi quam Sacramentorum, vnus idemq, principalis scopus
ac finis sit: nempe, Christo nos adducere: dum virtute Spi-
ritus Sancti, fidei nostrae accendendae, & confirmandae ac
fouendae utraq, seruiunt; ut nos fide Spiritum Sanctum
accipientes, per eum ac fidem, Christo Deo & homini, eo
quo dictum est modo, toti uniamur, inseramur atq, incor-
poremur: atq, ita Christo soli & perfecto Salvatore uniti,
insiti, atq, incorporati, in ipso, ex ipso, per ipsum & pro-
pter ipsum solum, accipiamus ac possideamus tum ipsam sa-
lutem, tum omnia ad salutem necessaria.

Fundamentis

a
Ioh. 1. 3.
b
I. Ioh. 1. 7.
c
Rom. 8. 11.
d
Gal. 3. 14.
e
Rom. 10. 17.
f
Act. 2. 38.
I. Cor. 11. 24, 25.

3.

Fundamentis iactis: deinceps superstruemus: Si prius de appellationibus subiecti considerandi aliquid monuerimus; cum vocabulis, utpote rerum notis, ignoratis, res ipsa rectè intelligi nequeant.

4.

Mysterium ergò in scriptura, generaliter nunc signum arcana rei^a, nunc rem ipsam arcanam^b, notat. Unde à scriptoribus Ecclesiasticis, postea translatum est hoc nomen, specialiter ad hæc sacra signa & eorum res signatas representandas.

^a Dan. 2. 27.
^b Apoc. 17. 5.
^b 1. Tim. 3. 16.

5.

Vox Sacramenti, profanis autoribus, nunc iuramentum militare^c, nunc quoduis solenne iusiurandum^d exprimit. In Ecclesia autem primò quidem generaliter idem quod mysterium notat: Postea tamen, sicut etiam mysterium, specialiter symbolis diuinæ gratiæ, iam olim in latina Ecclesia, à scriptoribus Ecclesiasticis^e, accommodari cepit.

^c Cic. 1. Offic.
^d Hor. in Odis
^e Tertull. lib. de Præscr. cap. 16
Cyp. li. 2. Ep. 1

6.

Causa accommodationis & restrictionis huius esse videtur: non tantum quia Græca $\muυσνη$ vox ab interpretibus Bibliacis, & alijs Theologis latinis, vocabulo Sacramenti, frequenter reddita est: Sed etiam quia ipsius latine vocis profanis significationibus aliquid $\alpha\nu\acute{\alpha}\lambda\epsilon\gamma\omicron\nu$, in hisce ritibus & eorum significatis reperire est.

7.

Notandum autem diligenter, vocem sacramenti etiam pro Symbolo gratiæ acceptam duobus præcipuè modis usurpari 1. Proprièssimè pro signo Sacramentali seu pro ritu & eius Elemento, in usu legitimo. Sic dicitur: Nihil

A 3

habet



habet rationem Sacramenti extra usum institutum. 2.
pro signo & signato simul, seu pro tota actione, qua tum
ex legitima symbolorum externa sumptione, tum ex res-
rum ipsarum signatarum spirituali perceptione componi-
tur. Sic vulgo ex dicto Irenaei de Eucharistia prolato di-
citur Sacramentum duabus rebus constare, terrena nimis-
rum, & caelesti.

8.

Quia autem Sacramentum propriissime sic dictum
in genere signorum est: de hoc quoque aliquid dicendum
est.

9.

Signum igitur externum generaliter acceptum, est
res, quae praeter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid a-
liud, ex se, facit in cogitationem venire.

10.

Varias signorum species enumerare omittimus, il-
lud tantum notandum est: Sacramenta de quibus nunc a-
gimus esse signa voluntaria; diuina; ordinaria; fœdus
Dei, seu promissionem gratiae, significantia; non ita tan-
tum, ut eius fœderis seu promissionis nos commonefaciant;
sed etiam de nouiua eius certos reddant; atque etiam
magis magisque eam nobis exhibeant.

11.

Sed ut perfectius naturam Sacramentorum cogno-
scamus: causas Sacramenti, ordinè persequemur.

12.

Materia igitur interna in qua, seu materiale, seu
fundamentum Sacramenti est ritus seu ceremonia, hoc est,
actio externa, visibilis, solennis, ac sacra, unà cum suo
Elemento;

Elemento; quæ accedente relatione, signa sunt & dicuntur.

13.

Materia autem interna circa quam, seu obiectum, seu terminus Sacramenti, est verbum, seu promissio gratiæ atq; Euangelij propria, & quæ hac offeruntur & continentur; Gratia Dei; fœdus; Christus; & ipsius beneficia; tum præterita, tum præsentia, tum futura, eaq; siue meriti, siue efficaciæ & horum omnium applicatio quæ relatione accedente, signata sunt & dicuntur.

14.

Forma seu formale, seu ordo fundamenti ad terminum est significatio Sacramentalis illa tripartita; nimirum representatio; obsignatio; & coniuncta exhibitio ac perceptio rerum signatarum per signa; quæ accedens ad absolutam duo, fundamentum scilicet ac terminum, facit ut utrumq; relatiuum fiat: Et signum Sacramentale ac res Sacramentaliter signata sit et dicatur.

15.

Efficiens principale seu autor Sacramentorum omnium Deus est, per Christum: qui solus Sacramenta instituit; & per manus ministrorum nobis porrigit; per eam Spiritu suo efficax est; fidem ipse operans, ac res significantas conferens.

Gen. 17. 11.
Exod. 12. 3.
Matth. 28. 19.
Luc. 22. 19.
Matth. 3. 11.
Johan. 6. 32.

16.

Institutio autem Sacramenti duo continet. Prius est mandatum de certo ritu, eiusq; simbolo; à certis hominibus; ad certum finem; administrando & usurpando. Posterius est, promissio gratiæ, ritui annexa: quæ nunc proprijs ^a, nunc figuratis verbis ^b effertur.

^a
Gene. 17. 11.
Rom. 4. 11.
Eod. 12. 13.
^b
Exod. 12. 11.
Luc. 22. 20.
1. Cor. 10. 16.

Consecratio

17.

Consecratio ergò Sacramenti non est, ut pontificij & alij somniant, murmuratio verborum certorum supra Elementum: Sed est adhibitio Elementi, ad usum Sacramentalem; seu translatio eius, ab usu profano, ad usum sacrum: qua sit, tum à Deo, instituyente & ordinante Sacramentum, tum ab hominibus, administrantibus & usurpantibus Sacramentum, secundum institutionem.

18.

Cum consecratione vel eadem est, vel proximè coheret mutatio, quam vocant, Sacramentalis: qua ideo non substantialis sed relatiua est: hoc est, non secundum substantiam, sed secundum usum ac sinem Elementorum fieri putanda est.

19.

Causa ministerialis Sacramentorum est minister Ecclesiae, & solus quidem: cum eiusdem sit publicè docere, & Sacramenta administrare. ^a

^a
Marc. 16. 16.

20.

Materia externa, in qua, & circa quam, sunt homines tantum, & quidem qui socij foederis, ac membra Ecclesiae & conuersi vel sunt, vel pro talibus habendi s. n. t. Gen. 17. 13. Exod. 12. 43 45 Matth. 28. 19. Omnibus enim & solis ijs, qui ex regula dilectionis pro talibus habendi sunt, Ecclesia debet Sacramenta communicare. Omnes autem & soli illi, qui tales sunt, Sacramentis uti debent. Act. 8. 36.

21.

Nec verò infirmitas fidei & indignitas quoenquam ab usu Sacramentorum absterere debet. Aliud enim est sine omni iustificante fide esse, aliud infirma fide praeditum esse.

esse. Illis enim adco instituta sunt Sacramenta: vt eis ad
fidei confirmationem seruiant ^a, Hi autem prius paeniten-
tiam agere debent; ne hypocrisi & profanatione Sacra-
mentorum, iram & penas Dei sibi exasperent. ^b

^a
Rom. 4. 11.
^b
Actor. 2. 38.
1. Cor. 11. 28.

22.

Finis Sacramentorum primus & praecipuus est fidei
confirmatio ^c, quae tamen non fit, vi propria signorum, vel
ipsis indita efficacia, sicut medicina intra corpus recepta
confirmat valetudinem: sed Spiritu Sancto mouente cor
nostrum, per talem ratiocinationem: Qui legitime uti-
tur signis Sacramentalibus, ei verax & omnipotens De-
us res ipsas signatas, intus confert tam certo, quam certo
signa foris accipiuntur ^d. Ego sic vtor, vel usus sum Sacra-
mentis. Ergo certissime accipi aut accipio res ipsas. Se-
cundus finis est, professio ac testificatio nostri erga Deum
officij ^e, hoc est, fidei & gratitudinis; & ad eam obliga-
tio. Tertius est, discretio Ecclesiae ab alijs populis ^f. Quar-
tus, propagatio & conseruatio doctrinae: cum ritus eam
non tantum pingant atq; oculis subiuciant; sed etiam adhi-
bita explicatione de causis & significatione rituum, admi-
nistrari debeant ^g. Quintus est, vt sint vincula publico-
rum congressuum. Vult enim Deus Sacramenta in cœtu ad-
ministrari ^h. Sextus finis est, vt sint vinculum mutuae di-
lectionis, cum omnes his vtetes socios se profiteantur vnus
federis, qui per vnum Spiritum, vni capiti Christo vnium-
tur, vnusq; & eiusdem fidei ac confessionis, & beneficio-
rum eorundem participes sunt ⁱ. Planè igitur finem Sacra-
mentorum inuertunt, qui doctrina de Sacramentis, ad ri-
xas & cõtentiones in Ecclesia excitandas, abutuntur: ideoq;
Deo grauisimas rationes huius facti sui reddere cogentur.

Rom. 4. 11b

Marci 16. 16.

^e
Gen. 17. 11.

^f
Gen. 17. 13.
Exod. 12. 43 45

^g
Rom. 3. 1. 2.
Eph. 2. 11.

^h
Exo. 13. 14.

ⁱ
1. Cor. 11. 20

ⁱ
1. Cor. 10. 17.
Ephes. 4. 5.

23.

Hinc de necessitate, atq; efficacia Sacramentorum,

B

indicare

^a
 1. Cor. 10. 16.
 1. Pet. 3. 21.
^b
 Lucæ 22. 43.

iudicare non est difficile. Scilicet necessaria sunt Sacramenta: quia diuinitus mandata sunt ob fines dictos. Necessitas igitur ea non est simplex, sed ex hypothesis, 1. Quia media sunt salutis: non ipsa salus nec pars salutis. 2. Quia placuit Deo his liberrimè uti, ita ut etiam sine his efficax esse possit, & sæpè efficax sit ^b. 3. Quia tum à nobis ea usurpari necesse est: cum legitimè haberi possunt. Secus, ualeat illud: Non priuatio sed contemptus Sacramenti damnat. Neq; enim ulla necessitas talis fingi debet, quæ institutionem diuinam violare cogat.

24.

^c
 Tit. 3. 5.
^d
 Lucæ 22. 19.
^e
 1. Pet. 3. 21.
^f
 Rom. 6. 5.
 Gal. 3. 27.

Efficacia autem Sacramentorum principaliter dependet à Deo, ^c, qui substantiam rerum signatarum non includit aut affigit signis ita, ut ea existant latibula aut uehicularum earum ^d: nec vim iustificandi & regenerandi Elementis infundit aut alligat ita, ut ex opere operato Sacramenta iustificent & regenerent ^e. Sed Sacramenta dicuntur efficacia esse, gratiam conferre, iustificare, regenerare, ac saluare, ideo, quia sunt organa Spiritus Sancti, quibus is fidem, eo quo dictum est modo, in electis confirmat, atq; ita eos magis magisq; tum ipsius Christi, tum beneficiorum eius participes reddit. ^f

25.

Ex causis hæcenus indicatis definitio Sacramenti pro signo accepti, plena & perfecta sumi huiusmodi potest. Sacramenta sunt ritus & symbola diuinitus instituta, & Ecclesie Dei in perpetuū usum mandata, ut à ministris legitimis, Ecclesie mēbris administrata, & à fidelibus usurpata, promissionem gratie, fœdus Dei, Christum atq; eius beneficia, non tantum representent atq; oculis subijciant; Sed etiam

Sed etiam ut eorum communionem ipsis obfignent, & exhibeant: atq; ita per haec Symbola, à Spiritu Sancto, fide confirmata, caelestium illorum honorum, conuersos magis magisq; participes reddant: fidei ac gratitudinis nostrae publicum testimonium sint: Ecclesiam ab alijs populis discernant: doctrinam Euangelij propagent atq; conseruent: & ad mutuam dilectionem, sub vno capite Christo nos obligent.

26.

Quando autem vox Sacramenti, pro tota actione, seu, pro signo & signato simul accipitur: alia est causarum ratio. Tum enim omnes sunt duplices: Externa nimirum & interna. Ac materia externa quidem sunt Elementa ^a: interna autem, ipse Christus Deus & homo, cum suis beneficijs ^b. Forma autem externa est distributio & sumptio Elementorum externorum: interna autem, est exhibitio & acceptio rerum ipsarum caelestium, Christi, & beneficiorum eius ^c. Efficaciae utrorumq; Deus quidem est, diuersa tamen ratione. Externa enim ipse non instituit solum, verum etiam confert: sed per manus ministrorum: at interna ipse solus immediatè exhibet & praestat ^d. Externorum igitur administer tum ipse DEVS tum minister Ecclesiae est: at internorum bonorum largitor, solus Deus est. Externas res, omnes utentes Sacramentis accipiunt corporaliter, hoc est, membris & sensibus corporis: interna autem bona omnes & singuli conuersi accipiunt spiritualiter, hoc est, vera fide, per Spiritum Sanctum ^e. Finis deniq; externae administrationis & sumptionis, proximus & immediatus, praecipuè est significatio Sacramentalis ^f, illa tripartita: mediatus autem fidei confirmatio ^g.

^a
Ioh. 1. 26.
Matth. 26. 26.
Marc. 14. 22.
^b
Rom. 6. 3. 4.
1. Iohan. 1. 7.
1. Cor. 6. 11.
Ioh. 6. 55. 56.
Rom. 8. 32.
^c
1. Pet. 3. 21.
^d
Matth. 3. 11.
Ioh. 6. 32.
^e
Ephes. 3. 17.
1. Cor. 6. 17.
2. Petr. 1. 3. 4.
^f
Gen. 17. 11.
^g
Rom. 4. 11.
Finis Rom. 2. 25.

B 2

^a
Marc. 16. 16.
Ioh. 6. 54.

Finis autem interne exhibitionis & *ἰσχυρίας*, est vita ac
salus aeterna^a.

27.

Sacramentum igitur pro tota actione, seu, pro signo
& signato simul acceptum, hoc modo definiendum fue-
rit. Sacramentum est actio sacra, in qua non tantum
externum & visibile Symbolum, à DEO, per manus mi-
nistri, administratur; & ab omnibus usurpantibus Sa-
cramenta, corporaliter, seu membris & sensibus corpo-
ris, accipitur, ad Sacramentalem significationem, &
fidei confirmationem: Sed etiam res interne ac spiri-
tuales, hoc est, ipse Christus cum suis beneficijs ab ipso
Deo exhibentur, & à solis atq; omnibus fidelibus, Spi-
ritualiter, hoc est, vera fide atq; operatione Spiritus
Sancti accipiuntur, ad vitam ipsam spirituales, &
salutem aeternam.

28.

Porro siue Sacramenti vox pro signo & signato si-
mul sumptis, siue pro signo tantum accipiatur: cum signum
utpote relatiuum, quamdiu tale est, seu, quamdiu re-
latio durat, absq; suo correlatiuo seu signato esse neque-
at: manifestum est, Sacramentum utroq; modo dictum,
aliqua ratione in duas partes distribui posse, semperq;
duo in Sacramento spectanda esse: quorum alte-
rum quidem signum, alterum verò res signata di-
catur.

29.

Ne autem, ut multi faciunt, vel signa pro
ipsis

ipsis rebus, vel res pro signis habeamus, à se inuicem
 ea non quidem diuellenda, sed tamen discernenda sunt.
 Differunt ergo non tantum essentia: administris: modo
 perceptionis: personis accipientibus: Vsq; & effectu
 proprio perceptionis: ut ex causis, thesi 26, indicatis li-
 quet: Sed etiam necessitate acceptionis. Res signata
 enim, simpliciter omnibus saluandis, ad salutem necessa-
 ria sunt: c sine signis autē non contemptis, fideles seruari
 possunt. Differunt deniq; varietate. Signa enim in aliis
 Sacramentis alia sunt: res autem signata, in omnibus
 Sacramentis sunt eadem. Etsi enim singuli Sacramento-
 rum ritus, aliquam certam beneficiorum Christi partem
 pingunt: Omnia tamen Sacramenta, non tantum eam
 partem, cuius imago sunt sed omnia simul bona Christi,
 ad salutem necessaria, fidelibus confirmant^d: cum &
 Christus cum suis beneficiis, & omnia beneficia inter se,
 indiuiduo nexu cohaereant.^e

c. Ioh. 6. 53.
 Ioh. 15. 4.

d. I. Cor. 12. 13.

e. Rom. 8. 32.
 I. Cor. 1. 30.

30.

Diuisionem Sacramenti seu rerum Sacramentalis-
 um, in substantiam & efficaciam: quo sensu & sine, à
 multis hodie usurpatur: improbamus. Nam per sub-
 stantiam, aut res per se subsistentes, seu materiam exa-
 ternam & internam intelligunt: aut essentiam Sacra-
 menti. Tot enim modis vox substantia usitatè accipi-
 tur. Si priori modo vocem sumunt: improprie obiectum
 actionis, eius substantia vocatur. Et falso dicitur sub-
 stantia omnis, etiam sine fide accipi: cum substantia
 Christi, sicut ipsius efficacia, non nisi fidelibus contingat:^a
 atq; impio commento, substantia Christi, à sua efficaci-
 a diuellatur. b Si verò vocem posteriori modo capiunt, &
 per substantiam Sacramenti, eius essentiam intelligunt:
 falso materia sola Sacramenti substantia dicitur, cum

a. I. Ioh. 3. 24.
 Rom. 2. 25.
 Act. 8. 21.
 b. Ioh. 6. 56.
 54.

B 3

prater



præter materiam seu obiecta actionis duplicis, etiam ipsa actio duplex, ad essentiam Sacramenti requiratur. Aditto efficaciam, hoc est, tum fidei confirmationem, tum beneficiorum Christi communionem, substantia interna, Spiritualiter pariter & oraliter manducata (nam huc respiciunt in illa diuisione) vitiosè tribui: cum prior efficacie pars, Symbolorum externorum acceptioni: posterior autem Spiritualis tantum communioni ipsius substantia competat; atq; ita non solum externis symbolis, vel nulla efficaciam, vel falsa, nempe, occultatio & ueritatis interna substantia relinquatur; & merè Spiritualis communioni substantia, efficaciam sua adimatur: Sed etiam idolum stabilatur, dum orali caelestis substantia manducationi, (quæ nulla talis est) tum Elementorum sacrorum, tum substantia merè Spiritualiter manducata, efficaciam assignatur.

31.

Cum igitur, ut vidimus, in omni Sacramento sint duo: res terrena nimirum & caelestis: corporea & Spiritualis; Elementum & actio externa, ac Christus atq; beneficia ipsius & eorum applicatio: deinceps dispendendum est, quomodo hæc duo copulentur, uniantur atq; cohereant.

32.

Copulatio ergo, unio, atq; coherentia duorum illorum in Sacramento: Non est conuersio signorum in res signatas. 1. Quia hæc non est communis omnibus Sacramentis, etiam aduersariorum confessione. 2. Quia alteram rerum unendarum tollit: quæ in unione vera necessario manet. Non etiam unio Sacramentalis est inclusio, aut affixio rerum signatarum substantialium in vel ad locum symbolorum nec effusio virtutis iustificandi & regenerandi

& regenerandi, in Elementa: nec deniq; alligatio simplex, remissionis peccatorum, iustificationis, & regenerationis, ad opus administrandi & accipiendi Sacramenta. 1. Quia huiusmodi unio rerum signatarum cum signis non competit omnibus Sacramentis: eoque Sacramentalis esse non potest: siquidem in symbolis Sacramentorum veteris Testamenti, substantia humanitatis Christi, utpote quae nondum nata erat, hoc modo non fuit. 2. Nec omnibus rebus signatis hac coherencia convenit: siquidem passio Christi, & glorificatio nostrorum corporum, cum symbolis Sacramentalibus, aequè ac remissio peccatorum & iustificatio nostra Sacramentaliter coheret: cum tamen passio Christi iam praeterierit, nostri autem glorificatio adhuc futura sit. 3. Etiam rerum signatarum natura huiusmodi unio adversatur. Humanitas enim Christi nunc non alibi est: quam in caelis. Deitas autem & Spiritus Christi, etsi generali praesentia, ubiq; est: speciali tamen praesentia (cuiusmodi requiritur in Sacramentorum & totius ministerij usu) non in symbolis Sacramentalibus, sed in ipsis hominibus, quippe quos solos iustificat & regenerat. Vis etiam iustificandi & regenerandi huiusmodi est, ut nec symbola nec verba Sacramentorum eius sint capacia. 4. Unio talis etiam natura & fini Sacramentorum repugnat. Neque enim Sacramenta debent esse latibula, aut vehicula rerum signatarum, sed fidei confirmanda organa. 5. Nullo scripturae testimonio huiusmodi copulatio docetur: multis autem refutatur. 6. Tali unione opus operatum, adoratio, & oblatio Christi in symbolis Sacramentalibus, & multa alia abominations pontificiorum, aliisque absurditates & impietates stabiliuntur. Qualis ergo unio est rerum ipsarum cum signis Sacramentalibus?
Nulla

Nulla alia est nisi relativa relatione mystica: qua est significatio Sacramentalis illa tripartita. Res enim Sacramentorum cum signis Sacramentaliter unita & coniuncta esse dicuntur: quia per illas primò quidem representantur: Secundò obsignantur: tertio coniunctim cum illis exhibentur & accipiuntur. Atq; hanc triplicem unionem: esse veram sacramentalem unionem: hinc patet. 1. Quia Sacramentum, ut vidimus, relatiuum est: cuius correlatiuum est res Sacramenti. At inter relatiuum & correlatiuum non nisi relativa unio est: relatio nimirum seu formale, uniens fundamentum cum termino per mutuum respectum. 2. Quia Sacramentum in genere signorum est: At signum cum signato suo, relatiue cohaeret. Facere enim signum, non est signatum signo includere, sed absolutum aliquod, noua relatione ornare, & ut aliud quid significet, ordinare. 3. Hac & non alia unio, tum omnibus sacramentis communis est, ideoq; vere Sacramentalis dici potest: tum rerum signatarum natura optime conuenit: officio signorum pulchre quadrat: scriptura uniuersa congruit: atq; omnes abominationes pontificiorum, & alias absurditates tollit.

33.

Cum itaq; clarum & certum sit: unionem Sacramentalem non aliam nisi relatiuam esse: atq; etiam ab omnibus concedatur: ex diuina ordinatione eam unionem existere, diuinag; institutione niti: neq; illud obscurum aut dubium esse poterit, hanc unionem passionalem ac conditionalem esse: sub conditione scilicet obseruatae ordinationis vel institutionis diuinae: seu sub conditione legitimi vsus sacramentorum.

Quando

34.

Quando igitur hac conditio præstatur, hoc est, quando institutio diuina obseruatur, & Sacramentum legitime usurpatur: tum durat unio Sacramentalis: atq; unà cum symbolis externis, etiam res ipsæ signatæ accipiuntur. Cessante autem hac conditione, hoc est, uiolata institutione Dei, & Sacramentis illegitime usurpatis: Soluitur unio, & signa externa absq; rebus internis accipiuntur.

35.

Ceterum institutio Sacramenti duas partes, ut supra monuimus, habet. Prior est mandatum Dei, ut ritus certus, sine additione, mutatione & detractio: à ministro Ecclesiæ; membris Ecclesiæ administretur; & à conuersis usurpetur ad fidei confirmationem. Posterior pars est gratiæ promissio, ritui annexa, quæ eadem est cum tota concione Euangelij. Vnde liquet, si diuina institutio obseruari debeat, non tantum mandato obtemperandum esse: Sed etiam promissioni Euangelij credendum. Vtrumq; autem simul præstatur: quando omnibus partibus diuini mandati obeditur, hoc est, quando ritus diuinitus instituti: a fidelibus: ad fidei confirmationem usurpantur.

26.

Legitimi ergò usus conditiones tres sunt. 1. Ut ceremonia illa, quas Deus instituit, integrè & incorruptè, in substantialibus, obseruentur ^a. 2. Ut ab illis personis, quibus instituta sunt Sacramenta, nempe à fidelibus & conuersis usurpentur ^b. 3. Ut ad fines debitos, imprimis ad fidei confirmationem, dirigantur ^c.

1. Cor. 11. 20.

Rom. 2. 25.

Act. 8. 37.

Matth. 3. 6.

Rom. 4. 11.

1. Cor. 11. 24.

37.

Sicut in tali usu signa & res perpetuò coherent, & coniunctim

C

coniunctim



^a
Rom. 2. 25.

coniunctim accipiuntur: ita harum conditionum vel una violata: Unio Sacramentalis dissoluitur^a, Signo enim mutato; vel in alium usum conuerso: vel pacto non seruato: sponsoris consensus amittitur.

38.

Hinc liquet, quo modo regula illa intelligenda sit, cum dicitur: Extra usum institutum nihil rationem Sacramenti habet. Nimirum sensus eius est: Cum Sacramenta secundum ordinationem Dei, quae tres conditiones, atq; inter eas in primis fidem Euangelio adhibitam complectitur, non usurpantur: non sunt diuinae gratiae testimonia: nec rerum inuisibilium communicationem adiunctam habent; non quidem, quasi Deus tantum signa offerat (nam respectu eius semper unio durat) sed quia infideles, violatione ordinationis, unionem solunt: atq; ea, quae à Deo coniunctim offeruntur, diuellunt; & signis acceptis res ipsas infidelitate sua respuunt.

39.

^b
Ephes. 3. 16. 17

^c
Marc. 16. 16.

Infideles igitur nihil nisi symbola externa in Sacramentis accipiunt. 1. Quia tum Christus, tum beneficia eius, quae res Sacramenti sunt, non aliter nisi per fidem, quae impij destituuntur, & per spiritum Sanctum, qui per fidem in nobis habitat, accipiuntur^b. 2. Quia in Sacramentis, sicut in verbo, solis fidelibus res signatae promittuntur^c. 3. Quia in verbo pariter & Sacramentis, res caelestes eodem modo accipiuntur; cum in Sacramentis, Deus nequasquam novos articulos fidei condat.

40.

^d
1. Cor. II. 27.

Impij & infideles, abusu Symbolorum Sacramentalium, reatum sibi contrahunt^d. 1. Quia ordinationem Dei violant, atq; ita inobedientia peccant. 2. Quia oblatum

zum Christum cum beneficijs respuunt, atq; ita ingrati-
tudinē delinquunt. 3. Quia usurpantes symbola faderis, pro-
fitentur se Dei confederatos esse, cum tamen alieni sint à
federe, atq; ita hypocrisi Deum offendunt. 4. Quia con-
tumelia symbolis sacris illata, in ipsum autorem & archety-
pum redundat.

41.

Ex unione Sacramentali resultant, eamq; indicant,
locutiones Sacramentales: quæ sunt forma loquendi, de Sac-
ramentis omnibus usitate,

42.

Sunt autem duplices: propria & figurata; etsi vul-
gò ferè figuratas tantum Sacramentales vocant.

43.

Propria sunt, in quibus quod signi est signo a: & quod
rei est signata, signato distinctè tribuitur b. Suntq; rursus
duplices: vel enim rituum & Elementorum officia propria,
disertè exprimunt sine figura: Ut, circumcisio est signum
faderis c, aut circumcisio significat fædus: vel promissio
gratiæ, additur legitimo signorum vsui: ut, cum dicitur:
Circumcisio prodest, si legem serues d. Qui crediderit &
baptizatus fuerit, saluus erit e.

Gen. 17. 11.
Exo. 12. 13.
Exod. 13. 13 17.
b
Ioh. 6. 51. 53.
1. Ioh. 1. 7.
c
Gen. 17. 11.
d
Rom. 2. 25.
e
Marc. 15. 16.

44.

Figurate autem sunt, in quibus nomina & proprie-
tates signorum & rerum permutantur, seu, in quibus κατ'
ἐναντία τὸ ὀνομαστικὸν καὶ ἰδιομαστικὸν nomen vel proprie-
tas signati, signo: & contra, nomen vel proprietas signi,
signato tribuitur. Sunt igitur quatuor generum: 1. Genus
earum est, in quibus signo tribuitur nomen rei signata: Ut
circūcisio est fædus f. Petra erat Christus g. Panis Cane est
corpus pro nobis traditum h. Poculum benè dictum, est nouū
Testamentū i. Sanguis victimarum, est sanguis faderis k.

f
Gen. 17. 10.
g
1. Cor. 10. 4.
h
Lucæ 22. 19.
i
Lucæ 22. 20.
k
Exod. 24. 8.
H. b. 9. 20.

C 2

2. Genus

2. Genus est primum ex aduerso respondens, earum scilicet, in quibus appellatio signi seu Elementi tribuitur rei signatae: ut, Christus est agnus ille Dei ^a. Christi caro est cibus: Sanguis Christi est potus ^b, Sanguis & Spiritus Christi, sunt aqua munda. 3. genus est, cum signo tribuitur proprietas vel effectum rei signatae: ut, Baptismus externus, dicitur abluere peccata ^c et saluos facere ^d. Sacrificia Leuitica dicuntur expiare peccata ^e. 4. genus est tertio contrarium: cum rei signatae tribuitur proprietas vel effectum signi. Sic caro siue corpus Christi, dicitur comedi: & eius sanguis, dicitur bibi ^f. Sic corpus Christi dicitur pro nobis frangi ^g.

^a Yoh: 1. 29. 36.
^b Iohan: 6. 55.
^c Ezech: 36. 25.
^d Actor: 22. 16.
^e 1. Pet: 3. 21.
^f Leuit: 4.
^g Iohan: 6. 56.
^h 1. Cor: 11. 24.

45.

Haec permutationes nominum cum nominibus, & proprietatum cum proprietatibus, rerum & signorum; ut de omnibus Sacramentis usurpantur in scriptura; ita easdem usurpationis causas, in omnibus habent: nempe, unionem illam sacramentalem tripartitam.

46.

Prima ergo causa harum figuratarum locutionum est; representatio rerum signatarum per signa ^h. Secunda causa est, obsignatio rerum per signa ⁱ. Tertia est coniuncta exhibitio & perceptio signorum per signa in legitimo usu ^k.

^h Aug: ad Boni: Epist: 23.
ⁱ Gen: 17. 11.
^k Rom: 4. 11.
^l 1. Cor: 10. 16.

47.

Liquet hinc; qua figura locutiones sacramentales figurentur. Nempe, respectu primae causae, hoc est, respectu similitudinis; sunt Metaphoricae: respectu secundae, hoc est, respectu obsignationis; sunt Metonymicae: respectu tertiae, hoc est, respectu coniunctae exhibitionis & perceptionis; sunt Metalepticae.

48.

Etiam manifestum est, quomodo reducenda sint ad proprias.

proprias. Nempe, si sua signis, & signatis, nomina
 & proprietates, attribuuntur: res autem signis,
 representari, obsignari, & credentibus etiam ex-
 hiberi, intelligantur. Diligenter enim notandum est:
 his loquendi formis, sicut & propriis, promissionem gra-
 tia beneficiorum Christi, ritibus Sacramentorum annecti:
 Ideoque tum in scriptura ab ipso spiritu sancto: tum à pa-
 tribus in scriptis Ecclesiasticis, hoc modo explicantur: ut
 facile esset multis Exemplis demonstrare.

d. Genes. 17. 11.
 Exod. 12. 13.
 Ioh. 6. 51. 53.
 I. Ioh. 1. 7.
 August. in Lep-
 uit. cap. 17.
 Quæst 67.
 Theodoret.
 dial. 1.
 a. Gen. 17. 10
 b. Gen. 17. 11.
 c. Tit. 3. 5.
 d. Act. 22. 16.
 e. 1. Pet. 3. 21.
 f. Mar. 16. 16.

49.

Omnium igitur Sacramentalium locutionum tam
 propriarum quam figuratarum eadem est sententia.
 Sive enim circumcisio dicatur fædus esse a: sive signum fæ-
 deris b sive fædus significare, representare, obsignare, ex-
 hibere: sive is qui circumciditur socius esse fæderis per-
 hibeatur, idem dicitur. sic cum dicitur Baptismus esse
 lauacrum regenerationis c, aut abluere peccata, d aut sal-
 vos facere, e aut esse signum regenerationis, iustificatio-
 nis & salutis: aut eam significare, representare, obsig-
 nare, exhibere: aut cum qui crediderit & baptizatus
 fuerit, saluum fore f, semper eadem sententia manet.

50.

Porro eiusmodi figurata locutiones, non tantum in
 diuinis literis, de omnibus sacramentis usurpata, fre-
 quenter occurrunt: sed etiam in quotidiano usu, de ali-
 is rebus, sepius usurpantur. Sic imago Caesaris, Cæ-
 sar dicitur: Sic dies Paschatis vel ascensionis Christi: quo
 memoriam resurrectionis & ascensionis Christi celebra-
 mus: resurrectio & ascensio dicitur. Sic dexteram vel
 anulum, vel aliud, quo fidem nostram obstringimus:
 fidem vocamus. Sic instrumentum ultima voluntatis,



seu libellum, in quo ultima testatoris voluntas exprimitur & continetur: ultimam voluntatem, seu testamentum dicimus. Cum autem Sacramenta Dei, infinitis paribus: tum certitudine, tum praestantia, superent omnia humana monumenta, pignora atque organa: manifestum est in Sacramento longè maiorem, quàm in alijs rebus, huius permutationis causam esse.

51.

Perperam igitur aliqui, locutiones Sacramentales inusitatas vocant. Siue enim per inusitatas intelligunt raro usurpatas: consuetudo loquendi, tum Spiritui Sancto in diuinis literis; tum hominibus omnibus, in quotidiano sermone vsitatissima, eos refellit: siue per inusitatas propositiones, locutiones de filio Dei usurpatas, aut illis similes accipiunt: ipse autor huius appellationis, clarissimus & optimè de Ecclesia, & scholis, atque adeò de toto genere humano, meritus vir D. Philippus Melancthon illis contradicit, 1. Quia in Dialecticis praeceptis inusitatas vocat tantùm eas propositiones, quae de filio Dei sunt. Earum enim Exempla alia in tota rerum vniuersitate esse negat. 2. Quia in commentario in Epistolam ad Corinthios: locutiones Sacramentales, vult per Metonymiam dici, & similes esse isti propositioni: Fasces sunt imperium. 3. Quia eas, quas in rudimentis Dialecticis inusitatas vocat: in Theologicis scriptis, ad τὸν ἀντιδόσεως, vel communicationem Idiomatum refert: quae tribuitur toti, quod competit ei secundum partem. At isti homines in locutionibus Sacramentalibus tropum vllum agnoscere nolunt. 4. Etiam res ipsae, quae his locutionibus significantur: Propter summam dissimilitudinem eis aduersantur. Primum enim propositiones de filio Dei: explicant unionem personalem; Sacramentales autem, indicant unionem

Sacramentalem. Itaq; secundo: Quando Deus de homine
aut homo de Deo predicatur, subiectum semper significat
personam sed quando signum de signato, aut signatum
de signo dicitur: nequaquam persona significatur. Tertio,
quando homo de Deo, vel Deus de homine dicitur: predicatum
semper est, de essentia subiecti. Diuina enim &
humana natura, sunt essentia huius persona. At cum signum
de signato, aut signatum de signo dicitur: neutrum est
de essentia alterius: etsi utrumq; dici possit pars Sacramenti.
Quarto, in propositionibus homo est Deus, &
DEVS est homo: copula, Est: accipitur essentialiter.
Sed cum signum dicitur esse signatum, vel contrarium
copula typicè & significatiuè accipitur: si predicatum
proprie intelligitur. Quinto, Quando homo
DEVS, aut DEVS homo dicitur: diuinam & humanam
naturam, oportet saltem alicubi, simul esse, &
in eodem loco concurrere. At cum signum & signatum
de se mutuò predicantur: non necesse est, ea esse
in eodem loco: siquidem unio personalis esse non potest:
nisi inter ea, quæ saltem alicubi simul concurrunt in
eodem loco. At unio Sacramentalis esse potest etiam
inter ea, quæ loco & tempore sunt longè dissita: Ut
aduersarij ipsi, nolint velint, concedere coguntur. Deniq;
cum in propositionibus de filio Dei nomen Dei vel
homini indiuiduam personam unius Christi significet, de
qua essentia diuina vel humana, vel alterutrius proprie
vel accidentia predicantur: analogia quadã ad predicationem
speciei vel proprij vel accidentis de Indiuiduo referri
possunt. At predicationes Sacramentales longe aliter ad
regulares reducantur necesse est, quemadmodum ex ihesu
48. & 49. liquet.

§2.

Etsi autem patres interdum locutiones de Sacramentis:
cum is quæ de persona Christi sunt, conferunt:
ista col.

ista collatione tamen non hoc ostendere volunt: quasi in ipsis symbolis res signata substantia sua secundum locum praesentes sint; sicut Deitas in humanitate Christi praesens est: sed tum personam unitatem: tum naturarum discrimen incorruptum, in Christo, declarare conantur: contra hereticos qui vel naturas confundebant: vel personam diuellebant.

53.

Sacramenta veteris & noui Testamenti conueniunt ijs, qua in definitione sunt expressa, ut 1. Authore, qui est Deus per Christum b. 2. Fundamento seu materiali communi. Vtraque enim sunt ritus incurrentes in sensus exteriores. 3. Terminis seu re signata communi, qua utrobique est idem Christus eademque beneficia c. 4. Formali seu officio communi. Vtraque enim significant, representant, obsignant, & in legitimo usu exhibent eundem Christum, eadem beneficia spiritualia d. 5. Modo percipiendi tum symbola tum res signatas. In utrisque enim symbola corporaliter: res signata autem spiritualiter accipiuntur e. 6. Formis loquendi. Vtroutrouque enim eadem phrasae sacramentales usurpantur eodem sensu f. Ut de alijs partibus conuenientia quae ex enumeratis sequuntur nihil dicam.

54.

Sacramenta autem veteris Testamenti, à nostris differunt: non quasi in veteribus sacramentis, Christus tantum spiritualiter, seu fide sola; in nouis autem corporaliter etiam, seu fide & membris etiam corporis accipiatur: sed alijs modis. 1. Fundamento seu materiali proprio. Alij enim & plures, & operosiores ritus, in veteribus fuerunt, quam in nostris sunt. 2. Differ

2. Differunt modo significandi. Vetera enim exhibendum: nostra exhibitum Christum significant. 3. Modo seu ratione effectus. Per vetera enim, fideles inferebantur fide & spe, seu iure in carnem Christi nascituram: per nostra vero Sacramenta fit insitio, fide et re, seu positione ipsa in carnem iam natam^a. 4. Duratione. Vetera enim durare debuerunt tantum usq; ad primum Messie aduentum^b: Heb. 11. 40. nostra autem, usq; ad aduentum secundum, & ad finem mundi durant^c. Dan. 9. 27. 5. Personis, quos obligant. Vetera posteros Abrahami tantum obligabant: noua autem uniuersam Ecclesiam obstringunt. 6. Differunt claritate. Vetera enim obscuriora: noua clariora sunt. I. Cor. 11. 26. Marci 16. 15.

55.

Ecclesia noui Testamenti, duo tantum Sacramenta habet; proprie sic dicta: Baptismum & Cenam Domini. Hec enim sola conditiones habent, quae Sacramentum uere sic nominatum constituunt; hoc est, sunt ritus; diuinitus instituti; & habentes promissionem gratiae annexam.

56.

Sacramentum omne, à sacrificio differt: primum, quod omne Sacramentum est ceremonia: sacrificium autem quoddam est opus morale absq; Ceremonia^e. Deinde, quod Sacramento, principaliter Deus nobis obsignat; & testatur sua beneficia; quae ipse nobis praestat^f: sacrificio nos Deo, nostram offerimus & praestamus obedientiam^g. Itaq; unus idemq; ritus, diuerso respectu, & Sacramentum & sacrificium esse potest. Rom. 12. 1. Ezech. 20. 12. Rom. 12. 1.

57.

Cum Augustinus Sacramenta uerbum uisibile appellat: ostendit sacramenta cum uerbo, aliquatenus conuenire, aliquatenus uero differre.

D

Conueniunt

Conueniunt ergò verbum & Sacramenta 1. essentia
 generali: & respectu ad Spiritum Sanctum. Vtrumq; n.
 est pars Ministerij Ecclesiastici; atq; Organon seu instru-
 mentum Spiritus Sancti; quo is liberrimè utitur, ad fidei
 vera in nobis effectiōem. 2. Materia & obiecto commu-
 ni. Vtrumq; enim est res externa, incurrens in sensus ex-
 teriores. Verbum aures ferit: Sacramenta, oculos & alios
 sensus afficiunt. Neq; n. aliter fidei nostra seruire possent.
 3. Formali & termino communi. Vtrumq; significat, pro-
 mittit, offert, & in legitimo vsu exhibet, fœdus Dei; pro-
 missionem gratiæ; Christum; & ipsius beneficia omnia.
 4. Efficiente principali seu autore. Vtriusq; enim autor
 Deus est, per filium unigenitum. 5. Fine communi. V-
 trumq; enim destinatum est fidei, in nobis, excitandæ &
 fouendæ. 6. Necessitate & efficacia. Vtraq; enim ex hy-
 pothesi necessaria sunt; quia scilicet Deo placuit, his me-
 dijs uti, ad fidei effectiōem; atq; ita ad ipsius salutis ope-
 rationem. Neutri tamen Spiritus Sancti efficacia atq;
 operatio, ita alligata est; ut cum his semper necessariò
 coniuncta sit, & sine his in nullo homine existat. Liberè
 enim Spiritus Sanctus, his Organis utitur, sicut etiam alijs
 medijs, tum naturalibus, tum politicis. At neutrum, sine
 Spiritus Sancti efficaci operatione; per se quicquam potest
 efficere. 7. Vsu legitimo & salutari. Sicut enim ver-
 bum Dei legitimè predicatur & auditur; quando na-
 tiua eius sententia, sine additione, detractiōe, &
 mutatione retinetur; & ad eum finem, ad quem diuini-
 tus promulgatum est, nempe ad fidei accensionem, & con-
 firmationem, sine superstitione adhibetur; ac fidei pectus
 re suscipitur: Ita Sacramenta legitimè vsurpantur; quano-
 do ritus diuinitus instituti; ad fidei confirmationem; à
 credentibus

credentibus accipiuntur. 8. Partibus essentialibus. In
utroque enim, duo consideranda sunt: res externa, & in-
terna. In verbo quidem, res externa est; sonus articula-
tus, vel litera: In Sacramentis autem res externa est
ritus & eius Elementum. Utrobique autem res interna,
est Christus & ipsius beneficia, eorumque communicatio,
tam verbo, quam Sacramentis significata, oblata, & cre-
dentibus etiam collata. 9. Presentia seu unione & co-
pulatione rerum internarum cum externis. Sicut enim
Christus & ipsius beneficia, presentia sunt, & continen-
tur, in verbo scripto aut predicato; ita etiam in symbolis
& ritu Sacramentorum: Utrobique nimirum per significa-
tionem & coniunctam in legitimo usu exhibitionem. 10.
Administris. Utrobique enim res externa à Deo per mini-
strum Ecclesiae administrantur: interne à solo Deo exhi-
bentur. Sicut enim Deus per vocem Ministri aures ho-
minum ferit; ipse autem solus corda aperit; & ad creden-
dum flectit, atque ita ipsius Christi & beneficiorum eius par-
ticipes reddit: ita idem Deus, per manus Ministri ex-
terna Symbola & ritus administrat, ipse autem corda ele-
ctorum solus efficaciter mouet, ac Christum cum suis bene-
ficijs credentibus confert. 11. Perceptione rerum quae ad-
ministrantur. Sicut enim in predicatione verbi externus
sonus auribus percipitur, res autem signata mente fideli
applicatur: Ita in Sacramentis, symbola membris & sen-
sibus corporis, Christus autem & beneficia eius, fideli
corde accipiuntur. 12. Sicut igitur salua Dei veritate,
& auctoritate verbi Dei, facta ac tecta manente: non cre-
dentibus, predicatione verbi nihil est, nisi inanis sonitus, ip-
sorum damnationem augens: ita infidelibus Sacra-
menta nihil sunt, nisi inanis ceremonia, quae ipsis iudi-
cium aggravat: cum utrobique promissio gratiae,
hoc est,

hoc est Christi & beneficiorum eius, 'conditionalis
 sit. Deniq; conueniunt locutionibus: que de utroq;
 in scriptura similes ac simili sensu reperiuntur. Sicut
 enim Verbum Dei dicitur potentia Dei ad salutem omni
 a. Rom. 1. 16. credentia: quia organon est potentie liberum: Ita bap-
 tismus dicitur lauacrum regenerationis, quia medium
 est, quo à Spiritu Sancto regeneratio efficitur libere. Itē,
 Sicut libri Prophetici, vetus: apostolici autem, nouum
 fœdus dicuntur: quia tabula eius sunt: Ita circumcisio,
 b. Gene. 17. 10. vetus b: poculum autem cene, vel totus ritus, nouum fœ-
 c. Lucæ 22. 20. dus dicitur c: quia Sacramentum seu signum Sacramen-
 tale eius sunt.

59.

Verbum & Sacramenta differunt 1. materiali seu
 fundamento proprio. Verbum enim est sonus & littera:
 Sacramenta autem sunt ritus & Elementa. 2. For-
 mali proprio, seu significandi modo. Verbum enim uat
 quodquid: Sacramenta autem uat oportuna significant.
 3. Differunt obiecto proprio, & proximo. Verbum
 enim auribus percipitur: Sacramenta autem reliquis
 sensibus. 4. Obiecto remoto. Verbum enim multis
 proponendum est, quibus Sacramenta non sunt admini-
 stranda: Ut omnibus infidelibus, quò conuertantur, vel
 inexcusabiles reddantur: At Sacramenta solis fidelibus,
 aut saltem quos pro fidelibus habere debemus: imperti-
 enda sunt. Item al qua Sacramenta administranda sunt
 ijs, quibus uerbum proponi non potest: Ut infantibus
 circumcisio in ueteri: & baptismus, in nouo Testamento
 datur: qui tamen uerbre capaces non sunt. 5. Eff. ctus
 proprio. Verbum enim fide inchoat: Sacramenta in-
 choatam confirmant. 6. Necessitate usus. Sine uer-
 bo enim nulli adulti ordinariè conuertuntur: Sine Sacra-
 mentis

mentis autem non contemptis, potest fieri conuersio. 7.
Differunt mutuo respectu. Verbum enim sine Sacramen-
tis potest intelligi: sed Sacramenta non sine verbo. 8.
Ordine usurpationis. In adultis enim verbum semper
precedere: Sacramenta autem, sequi debent.

60.

Ceremonia Sacramentorum diuinitus instituta:
sicut ipsum verbum Dei, cui addita sunt: integra &
incorrupta seruari debent. Non enim modestiam dis-
cipulorum Christi decet: hominum, quantumuis splenda-
da inuenta, consuetudini Christi & Apostolorum, in Sa-
cramentorum administratione, anteponeere.

61.

Possunt tamen homines, etiam Ceremonias in ad-
ministratione Sacramentorum obseruandas, sicut in to-
rius externi cultus diuini executione praestanda, insti-
tuere: sed certis conditionibus. 1. Institutio illa fiat,
auctoritate publica, non priuata libidine. 2. Hoc fine;
ut omnia fiant ordine, decenter, & ad adificationem:
hoc est, Ceremoniarum humanae seruituti executioni diuinorum
mandatorum: id quod praestant, non significando
diuina erga nos beneficia: & nostrum erga ipsum officium:
(huiusmodi enim Ceremonias, quae diuinam volun-
tatem nobis testentur, solus Deus instituere potest:) sed
determinando morale: & restringendo genus ad certas
species, locorum, temporum, & aliarum circumstantiarum.
3. Sint ceremoniae illae humanae, praeter se, hoc
est, non pugnent cum verbo Dei, neque directe & im-
mediate, neque per consecutionem & mediate. 4. Sint
praeter etiam per accidens: hoc est: non obligent conscientias:
sed sint & maneant libera: extra casum scilicet: non
affingatur

offingatur eis opinio cultus: ne diuinis mandatis exa-
quentur: nec assuatur eis opinio meriti: ne Christus ho-
nore suo spolietur: non sint earum nimis multa: ne ho-
mines ijs occupati omittant principalia, seu, diuina man-
data: non sint periculosa; ne facile in abusum rapi, &
occafio, instrumenta ac signa errorum, superstitionum
& idololatria existere possint: non sint operosa & diffi-
ciles: ne homines illis impediuntur in principali cultu
prastando: non sint friuola, inanes, & obscuram aut
nullam utilitatem habentes: ne falsi & superstitiosi fi-
nes & vsus illis attextantur: non sint sumptuosa & pom-
posa: ne simplicitatem & grauitatem Sponsa Christi
dedeant: & ne speciem ornatus meretricij, quo An-
tichristus Deum suum colit, praeseferant: non sine
καταχρηστικῶν Iudaica vel Ethnica: ne Christianismum
cum Iudaismo vel Ethnicismo confundant, atq; ita bene-
ficia Christi obscurant. Neq; enim existimare debemus,
multitudine & Pompa Ceremoniarum potius, quam in-
stitutione hominum de doctrina & de vsu legitimo Sa-
cramentorum, & obseruatione rituum, quam proximè
ad institutionem Christi accedentium: ministerio reue-
rentiam; & erga Deum pietatem, in hominibus exci-
tari & foueri: neq; etiam statim pro institutis Aposto-
licis, aut veteris Ecclesia, habenda sunt, quae pontifices
Romani, & superstitiosi Monachi, inde à quingentis an-
nis, & circiter, excogitarunt & paulatim accumularunt.
Nec deniq; satis est in Ecclesia lectiones, cantiones, pre-
cationes, ex scriptura desumptas esse: nisi etiam rectè
applicentur: & à populo intelligantur,

62.

Cum diuina ceremonia, in abusus rapta sunt: illi
abusus corrigi & tolli debent: ac homines de vero vsu
earum

earum, instituendi sunt. Ceremonias autem ipsas nequaquam abijci, sed retineri oportet.

63.

Quando autem humani ritus, in abusus abierunt: non tantum abusus illi, sed etiam ipsi ritus (nisi necessaria aliqua causa obstat, propter quam non facile mutari possint) remoueri debent: propter mandatum Dei: propter Exempla laudata: propter uersionem scandali, in Ecclesia pariter & extra Ecclesiam.

64.

Abolitio autem illa, sicut & institutio, fieri debet non privato arbitrio, sed Publica auctoritate magistratus p̄y & prudentis: aut seniorum in Ecclesia: aut totius Ecclesia: ac precedere debet doctrina de causis abrogationis, qua sufficiat hominibus non contumacibus, & uerò caesare uolentibus.

F I N I S.

capitulum de ...
quod dicitur de ...

63.

quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...

64.

quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...
quod dicitur de ...

FINIS

99 A 6909

ULB Halle

3

003 931 315




Sb


VD 17

Reho

Hilb.







9

De
SACRAMENTIS
in genere:
REPETITIO DO
CTRINÆ ORTHO
DOXÆ:
DE QVA DEO VOLEN
TE, IN CELEBERRIMA VVITE
bergenſi Academia, publicè diſ
tabitur

Ad 19. Nouemb. hora & loco conſuetis :

Præſide
PETRO CALAMINO D.
Reſpondente
M. ZACHARIA POLO.



VVITEBERGÆ,
Typis Zachariæ Lehmani.
M. D. XCI.

